Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 491
Quelle:
Copyright:

Ancillę dei uiui conseruę et sorores meę &c. Finis: *deum habebitis amatorem.* Edit. *cit.* p. 154. ubi Liber II.

X. *fol.* 99. *Q. Sept. Flor. Tertulliani Liber primus ad Vxorem.* Initium: *In domino conserua. quid tibi sectandum sit* &c. Itaque deest, quod in Edit. *cit.* p. 161. rite praemittitur: *Dignum duxi, dilectissima mihi.* Finis: *in illis frequentabis.*

XI. *fol.* 103. *Incipit liber secundus ad uxorem.* Initium: *Proxime tibi dilectissima in domino* &c. Finis: *et si liceret, non expediret.* Plenius quam in Edit. *cit.* p. 172. ubi abrupte: *non expedit.*

XII. *fol.* 106. p. 2. *Incipit liber de fuga in persecutione.* Initium: *Quesisti proxime fabi frater* &c. Finis: *ita iuuamus* (juvaturus) *in passione.* Edit. *cit.* p. 536.

XIII. *fol.* 115. p. 2. *Incipit liber tertulliani ad scapulam.* Initium: *Nos quidem neque expavescimus* &c. Finis: *et ipse statim sequitur.* Edit. *cit.* p. 68.

XIV. *fol.* 118. p. 2. *Incipit liber Tertulliani de exhortatione castitatis.* Initium: *Non dubito frater te post uxorem* &c. Finis: *ab ea re, a qua paradisus obstructus est.* Edita *cit.* p. 525. legunt: *intactus est.*

XV. *fol.* 124. p. 2. *Incipit liber Tertulliani De monogamia.* Initium: *Heretici nuptias auferunt* &c. Finis: *esse quod inter duos non potes.* Edit. *cit.* p. 525.

XVI. *fol.* 136. *Incipit liber Tertulliani de pallio.* Initium: *Principes semper africę uiri* &c. Finis: *ex quo christianum uestire cępisti.* Edit. *cit.* p. 111. Atque hic prioris *Voluminis*, de quo meminit *Parrhasius* supra, terminus est, et subscriptum: *Finis libri huius scriptum per me Merchinonem nat. de uult.* Puto *Vulturno*, aut *Vulturara.*

XVII. *fol.* 144. Incipit alterum *Volumen* ita: *Q. Sept. Florentis Tertulliani presbyteri De paciencia dei.* Initium: *Confiteor ad dominum deum satis temere me si non etiam impudenter* &c. pro quo Edita ἀλογως: *timere me* &c. Finis: *resurrectionem carnis et spiritus credimus.* Edit. *cit.* p. 139.

XVIII. *fol.* 151. p. 2. *Incipit liber eiusdem aduersum praxean.* Initium: *Varie diabolus emulatus est ueritatem* &c. Finis: *qui eum alium quam filium credit.* Edit. *cit.* p. 500.

XIX. *fol.* 173. p. 2. *Incipit liber eiusdem Q. S. Tertulliani aduersus Valentinianos.* Initium: *Valentiniani frequentissimum plane collegium* &c: Finis: *in siluas iam exoleuerunt gnosticorum.* Edit. *cit.* p. 250.

XX. *fol.* 185. *Incipit Liber primus Q. Sept. Florentis Tertulliani Adversus Marcionem.* Initium: *Si quid retro gestum est nobis* &c. Ita *fol.* 202. p. 2. Liber *secundus*, et *fol.* 220. Liber *tertius*, ut Edit. *cit.* p. 365. At is abrumpitur in his verbis: *ab hominibus forma tua. Nam et si tempestiuus* — quae habentur Edit. *cit.* p. 407.

En Exemplum complurium *Tertulliani* Operum, quod *Pamelio*,